

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Peter Rottler.

Rottler, John Peter

o.O., [1775]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175816)

Deo dirigente anno Christi 1749 d. 7 Jun. Argentorati
Alfatio a parentibus Lutherana religioni addictis
natus, hujus mundi lucem conspexi. His parentibus
michi carissimis cura cordique erat, ut doctrina im-
buerer, simul ac ejus capax fui, ideoque me in scholam
et deinde in gymnasium illustre hujus urbis miserunt;
ubi fundamenta salutis mea et hujus et futura vita
feliciter ponebantur, quos tamquam singulare
aliquod Dei beneficium, dum vita mihi supererit,
laudibus et debitis gratiarum actionibus celebrabo.
Hic enim Deus benignissimus animaeque meae aman-
tissimus instructionibus doctissimi et religiosissimi
Doctoris Lorenzii benedicebat, ut primos lucis di-
vinae radios perciperem. Quamvis enim tunc tem-
poris nondum omnes verae conversionis numeri ab-
solverentur, Deus tamen multis et salutaribus hujus
maxime Venerandi Doctoris exhortationibus animam
sepius excoitabat, quamvis divinam vocem, quae
me ad novam vitam evocabat, nondum plane percipe-
rem. Aliquod adhuc temporis spatium mihi in academia
versanti et sine arctiore cum Deo communione viventi
effluebat; tandem vero fiebat, ut Deus fidelissimus ani-
mae meae amator, perniciem nostram averfando salutem
nostram cupidissime quarens, me denovo aggrediretur,
me secum conjuncturus, et in hunc finem praecipue

Viro plurimum Reverendo D. Lorenzio haecquam
exquisito instrumento usus. Huius enim orationi-
bus sacris diligenter a me frequentatio animus
meus ad salutis meae meditationem et curam incoen-
debatur. Quae salus, cum mihi, quae Dei gratia erat,
cura cordisq; esset, res animae meae fuit Reverendo
Doctori aperiebam, qui consiliis omnibus et argumen-
tis presentissimis mihi succurrebat, ita ut Deus hoc
tempore opera gratiae in gloriam suam meamque
salutem inciperet, hucusque spiritus sui auxilio conti-
nuata. Nominis eius sanctissimo aeternas eade re
gratias debeo, nullo unquam tempore memoriam
huius misericordiae perditurus. Absolutis annis
scholasticis, studia mea e gymnasio in Academiam
Argentoratensem protuli ferius Paschatis vrb. Ubi
postquam prioribus annis Viror. celeberrimos. Profess.
Echereri, Lorenzii, Henfii et Mülleri auxiliante Deo
Propädeutica, ut linguas, historiam ac philosophia
pertractaveram, tandem divina suffultus gratia
ad gravissimum studium theologicum propius me ap-
plicare incepi, in theologia thetica ac enorali Reverendi
D. Lorenzii, in Exegeticis et Homileticis Rev. Doct.
Beykerti, et in historia ecclesiastica Rev. D. Reuchlini
institutione et doctrina multo cum fructu usus.
Hinc cum ad horum venerandorum Virorum externam
institutionem, interna spiritus sancti illuminatio
postea ex mera Dei in me gratia concurreret, Deo be-
nignissimus me ad hoc munus gravissimum, quo in

posterum ipso volente functurus sum lenlim lenlimq; propa-
ravim; sperantem eum me ad hoc arduum opus spiritus sui gra-
tia. et auxilio magis magisq; idoneum redditurum et per me
in effecturum quod in suam gloriam et gentiliū salutem esse
rum esse, arbitrabitur. Ut pauca quoddam de mea pretiosissi-
ma vocatione addam, quomodo Deus me ad ampliores annos
ante quasi elonginquo preparaverit. Fiebat nempe non sine
singulari Dei beneficio ut statim ab initio conversionis mea
ad amicitiam proci cuiusdam studiosi Theologiae, cui cognomen
Reis erat pervenirem, iam vero ante aliquot annos a statione
vitae advocati. Hic magnam in se voluptatem sentiebat, ali-
quando Missionarii munere fungendi, hanc mihi debebat
tempore quo pauca tantum de rebus Missionis sciebam.
Referabat mihi varia de Orphanotrophaeo Halensi, quibus me
attentum ad haec Dei opera reddebat, simul me adhortans
de his rebus cum Deo precibus colloqui et ab eo petere, ut
mihi clara voluntatis suae signa daret, si illi ad hoc egre-
gium opus mea etiam opera aliquando uti placeret.
Haec verba animum meum ita laugebant, ut consilium ejus
sequerer et me voluntati Dei, qui me iam cupiditate qua-
dam incenderat, ad convertendos aliquando gentiles tra-
derem. Reverendus Vir D. Laurentius de voluntate mea deinde
certior factus, hoc Studium meum magis magisq; incendit,
donec Deus clarioribus indicis mihi significaret, se revera
in convertendis gentilibus opera mea usurum esse. Nihil
mihi reliquum est, quam ut divinum auxilium ardentibus
precibus implorem, ut me spiritu et gratia sua largissime
instruat, ut, nullam quam in servitio suo salutem esse, expe-
riar, et ut tandem secundum bonitatem suam infinitam, omnes
vias meas in sui nominis gloriam et gentiliū convertendorum
salutem convertat. Sapientia illi et potentia et gloria et
honor in secula seculorum Amen.

Rothl.